

RODOLPHVS DE BRVXELLA HEYDELBERGENSIS THEOLOGVS.



Rodolphus Bruxellæ in Spirenſi diocœſi natus & educatus est. Hic post prima literarum tyrocinia ſeſe Heydelbergam ſtudiorū gratia con tulit. Ibi primūm humanioribus literis, poſtea etiā ſacræ Theologie operam dedit. erat enim optimo ingenio & caſtiſſimis moribus præditus. Itaq; factum ut in inſignem philoſophum & eruditū Theologum euaderit. Cum ergo lectio Theologiae uacaret, ipſe procerum Academiæ cōſensu publicus eius facultatis professor аſſumptus fuit. Eam functionem magna cum laude peregit, atq; eam Vniuersitatem ſua eruditione plurimūm celebrauit. Scripsit inter alia Quæſtiones ſententiārum, Orationes ad patres, & uarios sermones, floruit tempore Concilij Basiliensis anno 1431. Trit. in ſcript. Eccles.